



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,  
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

**Eck, Johannes**

**Antverpiae, 1541**

19 De coelibatu clericorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35599**

maior est hæreticorū, minor Christi & Pauli, vt patet ex supra dictis. Cōclusio sequitur sylogistice ex premissis. Ecce in quantā incidunt blasphemiam blasphemi hæretici. Sed telum hoc in eos retorquendo, subsumatur sub mox illata cōclusione prosylogifando hoc pacto: Christum autē dicere diabolum, diabolicumq; eius euangelium, impium est, hæreticum & blasphemū, imo nihil magis impium hæreticum, aut blasphemum. Sunt proinde dicētes vota monastica diabolica, impijssimi hæretici, atq; diabolicissimi blasphemij. Religiosi vero votarij reddētes vota sua domino, piij catholici, veriq; Euangelici Christiani, eorumq; vota pia, euangelica & vere Christiana. Tantum abest, vt dicātur impia, & diabolica figmenta.

## DE COELIBATV

Clericorum XIX.

Quæstio

## DE COELIBATV.

**Q**uoniam in superiori pacto Christus laudauerit se castrantes propter regnum Dei, & Paulus virgines sequitur improbantes coelibatum, Christum & Paulum concubare, Scortum, & vile prostibulum non ducet sacerdos uxorem, nec eam quae repudiata est a marito, quia consecratus est deo suo, & panes propositionis offert, sit ergo sanctus, quia & ego sanctus sum Dominus, qui sanctifico vos. Et hodie offerentibus panem viuum, qui de caelo descendit, Luther permittit concubinas & scorta ducere.

De summo sacerdote, virginem ducet uxorem, viduam autem & repudiatam & sordidam, atque meretricem non accipiet.

**Ezech, 44+** Et viduam & repudiatam non accipiet uxores, sed virgines de semine domus Israel. Sed & viduam quae fuerit vidua a sacerdote, accipiet.

Deus Moyse non preceperat in praeparan-

parando ad receptionem legis, ne  
 appropinquarent vxoribus suis, &  
 tamen Moyses inhibuit eis dicens:  
 Estote parati in diem tertium, & ne **Exo. 19**  
 appropinquatis vxoribus vestris.

Dixit Abimelech ad dauid. Non **1. Reg. 21**  
 habeo laicos panes ad manum, sed  
 tantum panem sanctum, Si mundi  
 sunt pueri, maxime à mulieribus,  
 manducent.

Volo autem vos sine sollicitudine **1. Cor. 7**  
 esse: q sine vxore est sollicitus est que  
 domini sunt, quomodo placeat deo,  
 qui autem cum vxore est, sollicitus  
 est que sunt mudi, quomodo place  
 at vxori, & diuisus est, & mulier in  
 nupta, & virgo, cogitat que domini  
 sunt, vt sit sancta corpore & spiritu

Paulus monet coniugatos, vt ali **1. Cor. 7**  
 quanto tempore abstineant ab vsu  
 conjugali, vt commodius vacent  
 orationi, at sacerdotes perpetuo de  
 bent astare altaribus, perpetuo itaq;  
 absti-

## DE COELIBATV,

abstineant à coniugio.

**Ca, Apost.** Si quis post baptisma secundis m<sup>o</sup>  
17 ptijs fuerit copulatus, aut concubi-  
nam habuerit, nō potest esse nec epi-  
scopus, nec presbyter, aut diaconus  
aut prorsus ex numero eorum, qui  
ministerio sacro deseruiunt.

**Concilium  
Cartha,**

Placet vt episcopi, presbyteri, & di-  
aconi, vel qui sacramēta cōtrectant  
pudicitiae custodes, ab vxoribus se  
abstineant. In tit. 3. dicitur, vt quod  
Apostoli docuerunt, & ipsa seruaui  
antiquitas, nos quoq; custodiamus.

Presbyter, qui vxorem duxerit, ab  
ordine suo illum deponi debere sta-  
tuimus, quod si fornicarius fuerit,  
vel adulterium cōmiserit, extra ec-  
clesiam abijciatur, & poenitentiam  
agat. Presbyter si vxorem duxerit,  
ab ordine deponatur.

Hieronymus cōtra Vigilantium,  
inuehitur contra episcopos qui non  
ordinabant diaconos, nisi prius dux-  
issent vxores, nulli cœlibi creden-

CLERICORVM. 117

res pudicitiam. Imo ostendentes  
quàm sancte viuât, qui male de om-  
nib. suspicantur, & nisi repugnâtes  
vxores viderint &c. Christi sacra-  
menta non tribuunt. Quid facient  
orientis ecclesiæ? Quid Aegypti &  
sedis apostolicæ? quæ aut virgines  
clericos accipiunt, aut continentes,  
aut si vxores habuerint, mariti esse  
desinunt.

Calixtus papa statuit ante mille  
trecentos annos, presbyteris, diaco-  
nis, & subdiaconis & monachis, con-  
cubinas habere, seu matrimonia cõ-  
trahere, penitus interdiximus.

Augustinus: Sed forte dicatur, si li-  
cet & bonũ est nubere, cur sacerdo-  
tib. non licet vxores habere? Chryso-  
stomus, 21. parte. 4. ad Theodorum  
monachum, improbat votariorum  
matrimonia. Policarpus, virgines  
in casta conscientia ambulate. Ergo  
tunc erant perseverantes in virgini-  
tate, sicut Matth. Iphigeniam conse-  
crauit

Aug. in q.  
no. & vet.  
test. q. vlt.  
ad Phil.

## DE COELIBATV

eravit. Origines hom. 23. super Numeri. Videtur mihi quod illius solus est offerre sacrificium indefinens, qui indefinenter & perpetue se deuouerit castitati.

¶ Obijciunt hæretici.

1 Sacerdotes veteris legis habebant uxores.

2 Græci in hunc diem, & Calabri habent uxores.

3 Crescite & multiplicamini.

4 Paulus prædixit venturos attendentes spiritibus erroris, qui prohibent nubere.

5 Præcepit Tito vt deligat vnius uxoris virum episcopum.

6 Castitas est libera, traditiões faciunt necessariam.

7 Melius est nubere quam vri.

8 Votum de virginitate est stultū, quia impossibile, & papa humanis traditionibus vult mortificare carnem, vbi deberet recurri ad gratiam dei.

Gene

1 Tim. 4

Tit. 2

1 Cor. 7

Si acceperis vxorē non peccasti.  
In his est radix eorum quę Ionas  
ille impurus contra Fabrum nostrū  
effutiuit.

¶ Respondet Christianus.

Primum diluit Ambrosius super De primo  
epistolas ad Timot. Veteribus idcir-  
co hoc concessum est Leuitis & sa-  
cerdotib⁹ vxores ad vsū habere,  
quia multū tēpus otio vacabāt à mi-  
nisterio & sacerdotio: multitudo e-  
nim erat sacerdotum, & vnusquisq;  
certo tempore seruebat secundum  
institutum Dauid, qui 24. classes cō-  
stituit sacerdotum, infra. Nunc autē 1. Par. 23  
omnes à conuentu fœminę abstine-  
re debent, quia necesse est eos quoti-  
die in ecclesia præsto esse, nec habe-  
re dilationem. Et quia soli de tri-  
bus Leui ministrabant, ideo vt  
conseruarentur per propagatio-  
nem non poterant seruare perpe-  
tuam castitatem, alioqui defecissent.  
ministri templi. Porro aliquot die-  
bus

Q. 2 bus

## DE COELIBATV

**Luc. 1** bus abstinebāt sacrificaturi in veteri testamēto. Et factum est, vt impleantur dies officij eius, abiit in domum suam. Et sacerdotes veteris testamenti tractabant panes propositionis, carnes hircorū, boum, agnorum &c. nostri sacerdotes, corpus & sanguinem Christi tractant.

**De secūdo** Græci habēt vxores, at nullus sacerdos apud Græcos ducit vxorem, sed bene qui duxit vxorem virginē ordinatur in sacerdotem. Quod si vxor moriatur, remanebit viduus. Coniugatus itaque efficitur sacerdos, sed sacerdos nunquam efficitur coniugatus. Vnde à morte Saluatoris non est auditum, sacerdotem duxisse vxorem, nisi q̄ iam temere attentant audaculi Lutherani.

**De tertio** Præcepit hoc deus quando erat replenda terra, at modo cœlum, nūc erant pauci prolificantes, iam innumeri. Vnde lex illa non est de permanentibus, quo ad singulos de multitudine,

## CLERICORVM 10

tudine, alioquin Ioannes Baptista peccasset, qui virgo permāsie, peccasset Maria, quæ virginitatē pposuit, peccasset Paulus, qui cōsuluisset virginitatem, Christus non laudasset eunuchos.

Vnde præceptum illud etiam cōfirmatū à saluatore. Mat. 19. Quod deus coniunxit homo non separet, datum est toti multitudini hominum, non autem cuilibet de multitudine: sicut etiam præceptum de agricultura. Non enim oportet singulos homines, aliquos tamen necesse est esse agricolas. Ita etiam nō oportet omnes & singulos homines vacare generationi, necesse tamen est aliquos hominum propagationi operam dare. Ita est de multis alijs, necessarijs quidem toti communitati. Non tamē oportet illum per omnes & singulos fieri, sed sufficit quod per aliquos fiat.

Ecclesia nō prohibet nuptias, sed De quarto

Q 3 quan

DE COE LIB.

quādo aliqui sunt voto alligati, prohibet votum violari, nam ante votum liberum erat nubere, sicut coniugatus est prohibitus contrahere, sic ecclesia non vult vouentem tradere potestatem sui corporis alteri, quod tradidit Christo. Tales autem hæretici, quos prædixit Paulus, fuerunt Marcion & Mantes & Tacianus, qui damnauerunt nuptias.

**De quinto** Paulus non præcipit episcopum esse coniugatum, alioquin nec ipse, nec Titus fuissent episcopi, sed noluit episcopum esse bigamum, ita Hieronymus & alij. Hinc digamum non admittit ecclesia hic edocta à Paulo. Et ita hic modum descripsit Paulus, intra quem se contineat episcopus, ne ducat secundam uxorem.

Vnde quauis is qui multas habuerit concubinas, ordinetur in sacerdotem vel episcopum, non tamen qui plures legitimas habuit uxores. Cuius ratio est, quia hæc institutio est  
non

CLERICORVM. 120

non propter repræsentationem sacramenti. Sponsus enim ecclesiæ (quæ sacerdos repræsentat) est Christus, & vna est ecclesia. Canticorū. 5. Vna est columba mea. Et ideo bigamum ecclesia nō admittit. Hęc Aug. in sen. lib. de bono coniugali.

Castitas est libera, sed præcepta De sexto  
vouēti, ne tamē repugnat libertati spiritus, sed promouet, nam etiam deus libere producit spiritum sanctum & necessario.

Melius est nubere quā vri, sed De septim  
bonum est homini mulierem non tangere. Non vult Apostolus illum vri, qui à carne tentatur, sed ille vritur, qui à concupiscētię flammis superatur, huic melius esset nubere, q̄ perpetuo in sordibus volutari, dic contrariū, & Paulum facies nubentem, quia patiebatur stimulum. Fateor difficile esse continere, at regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiūt illud. Tentamur omnes Mat. 23

Q 4 à car

DE COELIB. CLER.

**1. Cor. 10** à carne, at fidelis est deus, qui nō patitur nos tentari supra id quod possumus, sed facit cum tentatione prouentum, vt possimus sustinere.

**De octa.** Dicitis votum illud esse impossibile. Si respicis ad naturā, etiam multa alia sunt impossibilia nobis: si respicis gratiam dei adiutricem, nihil est impossibile, quia possunt capere, quibus hoc datum est. Ideo Sapiens

**Sap. 8** ait: Scio, quoniam aliter nō possum esse continens, nisi deus det, & hoc ipsum erat sapiētia, scire cuius esset hoc donum. Nouum genus vincēdi tentationes carnis, adfert nobis hereticus vt s. desiderijs carnis obediamus, contra totam scripturam.

**De no.** Respondet Hiero. Paulum nō loqui de virgine quæ se semel dei cultui dedicauit, sed de ea quæ est libera, li. 1. contra Iouinianum.

DE CARDINALIBVS  
& Legatis Sedis apostoli-  
cæ. XX.

Chri-